

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3056

**Auteur(s)** : Édouard Ier, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte** : bref/mandement

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1289, 27 juin

**Lieu d'émission** : Saintes

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Copie de la Commission du Roi Édouard I à Philippe l'Évêque, chevalier, à Dreux de St Martin et à Philippe Fondan, chargés de s'enquérir par une enquête du pays des droits du Roi, de l'abbaye du Mont St Michel et d'autres parties, aux terres du Comte à Guernesey.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 136, p. 208-210.

Texte établi d'après a

Copia mandati domini Regis Anglie directi Philipo dicto Episcopo militi Droconi de Sancto Martino et Philipo Fundenc formam que sequitur continetis.

Edwaldus Dei gra. Rex Anglie dominus Hymbernie et dux Aquitanie dilectis et fidelibus suis Pho. dicto Episcopo militi Droconi de Sancto Martino et Pho. Fundenc armigeris salutem. Ex parte dilectorum nobis in Christo abbatibus et conventus de Monte Sancti Michaelis in periculo maris nobis est ostensum quod cum ipsi jam viginti et tribus annis et amplius elapsis implacitassent coram ball. de Gerner. Willelmum de Chaene de quadam terra cum pertinenciis in insula nostra predicta que vocatur Terra Comitum et dictus Willelmus pendente placito illo in fata decessisset ac Willelmus de Chaene filius et heres predicti defuncti versus quem idem abbas et conventus jus suum prosequerentur pendente ut prius ipso placito similiter expirasset et postea cum idem abbas et conventus jus suum prosequi fuissent versus Nichm. heredem ipsius Wi. proximo nominati tunc infra etatem existentem consideratum esset quod placitum illud dilacionem caperet usque ad legitimam etatem ejusdem Nicholai et idem Nicholaus postea ad legitimam etatem perveniens submonitus esset ad respondendum eisdem abbati et conventui de placito supradicto idem Nich. plures fecit defaultas per quod terra ipsa per considerationem predicte curie nostre capta fuit in manum nostram dictique abbas et conventus super h. sciencies se gravatos pecierunt inquisitionem inde fieri et justicie complementum eis exhiberi in premissis cumque juratoris inquisitionis illius submoniti et sacramento prestito prout moris est in hiis similibus parati essent ad veritatem premissorum plenius declarandam, dictus Nich. tunc personaliter comparens nichil juris in dicta terra vendicabat sed ut juri dictorum abbatibus et conventus derogari posset in hac parte consuluit Felicie matri sue et ipsam maliciose instigavit ut terram illam peteret tanquam tenementum de quo predictus Willelmus quondam vir suus et ipsa conjunctim erant feofati. Hiis itaque factis negocioque ipso minus bene examinato et juris ordine ob favorem dicte Felicie ut dicitur pretermisso, terra ipsa eidem Felicie fuit adjudicata cujus sesine et possessioni adhuc imcumbit in ipsorum abbatibus et conventus

dampnum gravissimum et ecclesie sue predicte exheredacionem manifestam. Nos igitur qui singulis de regno seu potestate nostra justicie sumus debitores dictum negotium si per fraudem aliquam seu favorem erratum fuerit in eodem modo debito et secundum leges et consuetudines in dictis insulis approbatas et hucusque habitas et usitatas volentes emendari assignavimus vos ad inquirendum per sacramentum proborum et legalium hominum de predicta insula de Gerner. per quos rei veritas melius sciri poterit tam de jure nostro si quod nobis competat in terra predicta quam de jure dicatorum abbatis et conventus ac dicte Felicie plenius veritatem et qualiter et quomodo ac qua de causa nos seu alius jus habeamus in terra supradicta et de omnibus circumstanciis negocium illud tangentibus et de eo quod per inquisitionem illam inveneritis sub sigillis vestris et sigillis eorum per quos facta fuerit nobis distincte et apperte constare faciatis remicentes nobis hoc breve. Mandamus enim ballivo nostro insule predictae quod ad certos diem et locum quos ei scire facietis venire faciat coram vobis tot et tales probos et legales homines de predicta insula de Gerner. per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit et inquire. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Datum apud vicesimo septimo die Junii anno regni nostri decimo septimo. Quod omnibus quorum interest tenore presencium sub sigillis nostris significamus, Datum anno Domini m° cc° lxxxmo. ix° die Lune post festum omnium Sanctorum.